

Evangelicorum? C. Prima est ad Divam Annam: altera ad S. Udalricum: tertia ad Minoritas: quarta ad Crucem: quinta ad S. Jacobum, & sexta ad Spiritum sanctum. D. Quotnam præsunt ministeriales parochiis Evangelicis? C. Sex parochi, inter quos primarii nominantur ministerii Seniores, & octo Diaconi; quibus adjungendus est Pestilentiaris.

### Colloquium XIV<sup>um</sup>.

---

#### *De ordinibus civium.*

FERDINANDUS et ELIAS.

F. Certasne in classes urbs nostra dividitur, quantum ad cives ejus spectat? E. Quemadmodum quaelibet respublica consistit ex variis ordinibus, sic quoque cives Augustani eodem jure utuntur, & distributi sunt in suos ordines? F. Quinam ordo est præcipuus?